







[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

9. ⁶ J. Wilh. Tralles, C. ⁷ Philippus Linnæus! Galilæus Hasson!
 6. ⁹ Mosiu flüß Daui gutturu Sup, Da spangst end fall
marknefuna Mlostru: Sald mest ffa Linnæus, stt ist unf
Daui salu da gatu una Da ta u o st ff ra ku uan Da nu
Engelma.

Inhalt.

1. 1651. Oratio Curtii Theol. Doct. habita contra M. Cassar Dulichium uoc. 1. b.
 olim Budiff. in Lus. Diaconum, ex Apostolico factum Apo- Collegio
 staticum. 2. b.
2. 1655. Thomas Bardsch, Jod. Lus. Doxor nege neya do Perias, oratio univ
græca Siphæe habita. 3. b.
3. 1682. Chr. Weiffii, oratio de conscientia præceptorum, habita in B.
Gymn. Zittav. 1684. — et alia de officio Collegæ testic, 1/2 b.
 1679. 4. b.
4. 1683. Communem studiorum præfidem Apollinem — in panegyri Pol.
Gregoriana scribit Rect. Funocius, interprete Hætelio, Pub. P.
pop. schol. prætor. 1/2 b.
5. Cass. Dornavii, Philos. et medic., Rodulphus Kabspurgicus,
Panegyrico historico celebratus, et notis vario illustra- b.
tus. Bethanæ ad Oderam. D. 92.
6. 1737. Nævii Vale Golicense, i. e. validictoria de Gymnasio Pol. den
et Rectoribus oratio habita. D. 10. ium
Jadist. 1/2 b. an Tralles.
7. 1750. Brieglebii hactenus subrect. Oratio validictoria de levan-
dis riteo scholasticæ molestiis. Notis duo bylagum Biga
scii and bluffind. D. 21.
8. 1800. Hagelius Alumn. 1. class. aut fermiss hæde an Quæctis 1800. hæcti,
hou duo Mittelu qua Bieding de Junglingz. 1. b. heil



9. 1679. Melchior Kellers, Bud. Lus. freudengedicht mit die hochseligen
Gehubt Jozb. Gedruckt zu Utrecht. 1. B.

10. 1693. Joh. Bria, die bey der Inszen, des wärdlichen Juchpignug
des Nord Guelitz schlickte Aufsatz - von Gregorius.
fals, ein Gedicht. 1 1/2 B.

11. 1692. M. El. Cüchlers, Poetae et Gymn. Praecept. Apophoreta Pro-
pemptica juvenibus abeuntibus dono data. 2. B. Carmin.

12. 1666. M. Funccius Rect. Muselii Prudentii de natali Christi Hymnum
Leospin edit. 1/2 B.

13. 1667. — laborum suorum primitias dicit et ad Attum Poetica
Aretorium in Genethliis J. Christi invitat. 2. B.

14. — Triumphus Christi paschalis. Carmen heroicum. 1. B.

15. 1717. D. Wenzels, Gymn. Jell. Disert. utriusq. Acia bym evangel. Jubilate
1717. Ein sinem Dramati musical, 1. B.

16. 1658. Carmina Magistrorum Gymn. Jolio. et aliorum super obi-
tu Hag. Jobii, Praetoris Joll. 1/2 B.

17. 1670. M. Funccius Muselii Prudentii poema in Epiphania J. C. contra
Kommunionitar publicat. 1/2 B.

18. 1671. Glückwünsforden Ruffat an den Herzog v. Wund bey f. Abschiedsord
von utriusq. Nidionden in Guelitz. 1. B.

19. 1679. Dänstoffs Leifungedicht mit den Rector Heil in beygen, von
Lefon Collegio und andou. 8. B. J. P. Von lacrymatoria.
Lefon Pira. Nidionden an die am 20. Aug. 1679 bey Landtag
J. Johannis Heil zu Landtag unabhilflich. Englisch abhath,
von utriusq. non Juchpignug and geyfand. Juchpignug
Juchpignug. 1679.

20. 1611. Oda parentalis in obitum Catharinae Bicii mercatoris viduae. 1. B.

21. 1615. Threnodia in exequiis filiolae Domavii, Rect. Joll. a Collegio
et amicis. 1. B.

22. 1674. Magistrorum Gymn. Joll. et discipulorum Collaematio solennis
in obitu filiolae Primas. Seifsti, 2. B.

23. 1676. Leifungedicht mit den Actid. Balb. Theodoricus in Guelitz. 1. B.

24. — drög. dabig von den Lefon der Gymnasii. 1/2 B.

25. 1679. drög. non Inuofelbu auf den Tod rind Juchpignug der Prim. Seifst. 1/2 B.

26. 1614. Notivi amicorum applausus ad Buttneum, Pharmacopaeum Joll.
in patriam redeuntem. 1/2 B.

27. 1612. Exequiae Bar. a Rechenberg Jollie Threnodii celebratae. 1. B.

28. 1678. Leifungedicht auf Masls febrine, von den Joch. Lefon. 2. B.

29. 1681. Melch. Beyer Joll. Carmen in honorem Consulis Richteri, 1/2 B.

30. — Christ. cholleri gratulatorium in eundem. 1/2 B.

31. 1608. Barthol. Knoblauch Paff. Margtiff. Carmen de obitu Bar. a Redem
ex Italia, utriusq. hütspu unabhilflich von ifu, 1/2 B.

32. 1611. M. El. Cüchleri, Praecept. Joll. et poetae Carmen gratulatorium
in adventum Regis cathiae II. in Jolicium. 1. B.

33. 1701. Naeniae parentales in obitu Cass. Tomavii, P. in Wifa, a Biga
amicorum. 1. B.

34. 1606. Notivae amicorum gratulationes in nuptiis Jeremiae Zacher,
Joll. 2. B.

19^e
20
Olympischer Juchpignug - Paff, Inug das kläg. abhathen der P. Heil
von utriusq. Juchpignug, utriusq. Juchpignug (discipuli) Juchpignug
abgspalt. 1679.

35. 1606. *Camina latina in nuptiis P. Theodori in Wastau. 2. B.*
 36. 1579. *Camina in nuptiis M. Bath. Sculteti, Mathemat. Polic. 1. B.*
 37. 1608. *Camina gratulatoria lat. in nuptiis Casp. Domavii. 6 1/2 B.*
 38. 1590. *Camina in conjugium Fides. Papae, Coll. Polic. 3 1/2 B.*
 39. *Camina in Conspectu Gubernum Budissinum. 1/2 B.*
 40. 1616. *Camina in nuptiis Guntheri Fittav. 2. B.*
 41. 1607. *Camina in nuptiis Decem. Bohemii, Diac. Magist. 1. B.*
 42. 1616. *Camina in nuptiis Chast. Kollerii, Gymn. Gosl. Colleg. 3. B.*
 43. 1614. *Camina latina in nuptiis Gehler, Phil. et Medici. 3 1/2 B.*
 44. 1606. *Epithalamia in nuptiis Sebast. Albinii, Casp. Dittersbachensis. 1/2 B.*
 45. 1612. *Magistrorum Gymn. Gosl. epicedia in obitu etior. Thefei, Cantos. et Colleg. 1/2 B.*



17

ORATIO
 Alexandri Caroli



Curtii,

SS. Th. Doct. & J. U. Licent.
habita contra

M. CASPAR. DULICHIIUM

olim Budissinensium in Lusatia

Diaconum,

Ex Apostolico factum Apostaticum.

In Auditorio majori V. Idus Novembr. Stylo Anti-Juliano

Anno DEI inhumanati M DC LI.

Permissu Superiorum.

LIPSIÆ, Literis Lanckisianis.

444076



26.

35. 16.
 36. 15
 37. 16
 38. 15
 39. ✓
 40. 16
 41. 16
 42. 11
 43. 1
 44. 1
 45. 1

ORATIO
 Alexandri Caroli
 Curtii
 M. CASPAR. DULICHUM
 Ex Apollonio factum Apollonio
 in Aetione majori V. Idus Novemb. 1610. Anno
 Anno DEI incarnationis MDCI.



Magnificis, Generoso, Amplissimis, Reverendis, Excel-
 lentissimis, Clarissimis, Eminētissimis,
 VIRIS

Dn. PRÆSIDENTI,
 Ac cæteris Supremi Synedrū Ecclesiastici Dres-
 densis Assessoribus,

Dn. Favoribus, Maceratibus Patronisq; mei æternum
 honorandis.

Amplissimam Amplissime precatus felicitatem.

Quæ magnorum factator Magnifica, quæ
 Sapientie pietatisq; fama, quæ quæ versificæ terra-
 rum inclite, quæ avitâ, genuinâ, virtutis nobili-
 tate nobilissime, quæ superna memor originis Ge-
 nerose, quæ beneficentiâ obtubens cuncta penuriam Am-
 plissime quæq; Viratus, demittet bonis superis, fasti-
 stis omnibus, illud suum sublimioribus adfectu, adcretaq; sideribus
 superciliū: Inclinabis celo propitio publicæ inspectricem rei tantis per-
 aciem; Jovem tuum imitatus tauri seu auri dulci spectro, (rerum
 summa Dis interim commissa, mediocrum) hinc illaberis chæritas
 Nemo me repetundarum acris, quæ et si plurimum vestri consuetu-
 pferim favoris, nec dum tamen infideli obsumpsenim. Ausit nemo ve-
 strum pradonem me, alieni invasorem scilicet nuncupare. Predones
 vos meum jam dudum depredatos amorem, immensumq; ad vos sum
 officium imitatus, vos invasi. Quod si barbarorum nescio quorum
 ingratias evadere, alienam non sit protinus virtutem invadere: non
 invasi me Pollux, at magnete vestri favoris, vestra benivolentia tra-
 ctus evasi. Ferro meo vos magnetes impertiemini veniam. Aut ma-
 gnetes esse desistite, aut me ferreum, exhibete aureum. Quod si ma-
 gnetes esse pergitis, ferrum hocce primigenium, primæ hujus mæ-
 necdum sat adulta ætatis, hæud ferrea, at aurea demerite false spi-
 cas. Sic vos jam dudum vestre amet Jupiter.

In Nomine Domini, A

Exorabo supplicem à vobis veniam Magnifice, Perillustres, Ge-
nerosi, ceterà plurimum Reverendi, mihiqve adeò Re-
verendissimi, Excellentissimi, Clarissimi, Nobilis-
simi, Amplissimi, Præstantissimi Auditores: exorabo in-
quam si non vestra in id ipsum vestrae sponte incumbente pro-
nitate; at enim verò meà exorabo veniam tenuitate. Parcere nati
subjectis, & debellare superbos ò Romano-Germana Auditorum
Coroſa, exarabit in præſentiarum diſticta veſtra in coſtu-
maces frontis aciem concedis clementiæ veſtrae in vaginam A-
riſtarcheum illum ſcrutatorum profundiorum acinacem. Veſtris
faſcibus reverentem prorum huncce declamatorum miſericordiæ
veſtrae dignabimini Sceptro. Pars mihi pacis erit Sceptrum teti-
giſſe Tyranni. Abſtinebo (eſti aliàs effuſiſſimus tuas cuperem
ire in laudes ò Magnificè) abſtinebo, inquam, Sceptorum tuo-
rum veneratis pallorem Perſicum in conditâ (teſtatus ingenu-
) facundia. Dirimeliora piis: pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe
regentis. Vosq; adeò duo lumina magnæ hujus Academiæ, te Su-
perintendens, Decanusq; facultatis Theologicae digniſſime; teq;
qvi jam ab ultimâ Thule, totiq; diviſis orbe Britannis nominis
tui diſfuſus amibus non jam ſeptem fatigas pontum oſtiis: at
majora orbis trepidans, te Deucalione œcumenicum præſtolatur
cataclifmum: te inquam Theognoſtorum decus, Sophorum Si-
dus, adverſariæ depulſor faciſ Hulſemanne, qvi mihi Electorali
contigiſti bilance Duſtor, Concilii ſupremi placito Doſtor,
Amicorum ductu Fautor, egeſtate diſtante patronus, meoqve
in te prima tua conſpectâ fronte exaſperato amore pater.
Tuq; qvem modetiæ tuae repagula inaceſſum, huncce perora-
tionis levidentem fanè in arenam (Regibus, tuq; ſimilibus col-
luſurum ſatiis) impertrahibilem fecerant: at meapte tamèn in-
genti fanè, conſciãqve tuorum in me beneficiorum, aſſeſtũm qe
paternorum perumpente gratitudine, eſti non viſuã ad ſe non
ferreum quippe, at tuo ferrum meum ad teipſum pertrahente
magnete; tu inquam, qvi magnorum Germanorum trinitati quar-
tum ſidus additum curum hujus trahis univerſitatis. Benedicte
Carpzovi, cur foris ſtaret? ingredere Benedicte Domine, tuoqve
jam plus ſatis comprobato favore, tuo ſave oratori. Dabitur uni-

verſi,

verſi, ſinguliqve veniam, ſi ineditum quidpiam è teſqvis neſcio
qvis egreſſus Panicola veſtris inſuſurrear auribus: ſi emunctio-
ris nariſ auditoribus quidpiam ingeram circumforaneum. At
non noctuas mihi (averruncet id Jupiter) animus eſt portare A-
thenas; non paleas in urbe frugurã venum exponere; at ingreſſus
mei hocce literarum in emporium hocce Palladis in domiciliũ
hocce orbis in lampadromium, huncce civilitatis in Solem ratio-
nes (eſti trepidè fanè) reddere, mandatoqve ſuperiorum neſcio-
qve parvicaculumnè an dicaculũ, nuper ambitionis ceſtro concei-
tatum in ſacra Evangelica imbelli debacchatum dente, Papatusq;
deſluentem conſarcinante centones juſta perſtringere dicacitate.
Et quidem nec fonte labra uſqve adeò pollui caballino, nec in bi-
cipiti ſonniãſſe me Parnalſo admodum memini ut ſubito nunc
hancce in arenam, extemporaneus, extemporaneis per inuriam,
brevitatem, incommoditatem temporis, ſociqve, ad manumqve
poſitis raptis armis colluctator prodirem. Et fanè quamvis meã
benè conſcius hactenus imbecillitatis, alto ſatius involutus ſilen-
tentiõ veſtro hactenus averem ex ore, monitoqve Davididã in
multitudine Præbiterorum verbũ non adjicerem, niſi ſemel ite-
rumqve perquiſitus reſponſum habere eodem monitore cogerer
Salomone. Impetrabo igitur id gratiæ Auditores, ut mentem pla-
cidam, aures benevolas, & ubi lampas noſtra tam ſublimis edaci-
tate materiæ extingui metuerit, veſtrae benevolentiae oleum ſub-
minſtrate velitis.

Prodiit nuper ſolo mihi nuncqve adeò primũ notus no-
mine; prodiit inquam in lucem: fallor, è luce in tenebras abiit,
profeſſione Magiſter, officio Diaconus, incolatu Budiſſimus, vi-
ta (ut perhibent) leviſſimus, M. Caſpar Dulichius. Qvi mirã
quidem, at non inſolitã metamorphoſi, Dei verbo humanas tra-
ditiones, Evangelio ſaſtuofos Sophiſtarum cavillos, antiquitati
novitatem, Apoſtoliſ Cardinales, D. Luthero, innocentiae ante-
ponens Innocentium, deniqve Chriſtianiæ modetiæ ac paupertatis
perruptis repagulis, in opulenta Pontificiorum ſeſe contulit la-
tifundia. Ernè indefenſus abiret, ne inultus periret, ſpecioſo, u-
niverſisqve à verã religione apoſtatiſ uſitato ſuæ perditionis the-
atrum veſtavit perſomate. Diſputator (ſi ſuperis placet) accerri-

maue,

36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.

mus, duos nobis è plurimis, at ficulneos, ne ferecoreos dicam, (quibus pigrorum, suiqve similium non cordaciorum verberentur pectora) instruxit arietes: duo nobis è plurimis, eaq; palmaria sua Apostaseos, turpitudinisqve Adamiticae utcunqve velatoria objicit crimina. Tumultuum nos incentores, bellorum fatores, pacis publicae flagriones, Imperiorum vocat perduelliones, in Sacrosanctas Romani Imperii, & quidem binas injurios nos depingit potestates. Dum Romanum Pontificem Antichristum, Caesarem Regesqve Anti-Christi vocamus adoratores. Dum universorum in Ecclesia perbellè statutorum acerbi, irrequieti qve audimus, at audimus; at sinistra surda stia qve aure, novatores. Alterum, quod beatissimae aeternae qve memoriae Megalandra Lutherum, Eliam nescio quem, Evangelistam magnum, Doctorem qve maximum vociteramus; cujus tamen nec mediatam à Romanà Ecclesia, nec à Deo immediatam ad obstruendum imò destruendum natam Papatum probare qveamus vocationem. Etsi Casper nimum tuis convitiis fias nobis asper: etsi altum in nos more tuo (ut tu ipse fateris) attollas supercilium, etsi morosum quidpiam, atqve inconditum in altricem dudum tuam vomas religionem; par pari rependerem quidem, tuam qve tete tristem gestare docerem Anubim. Etsi convitiis plaustris: quae in nos exurendos crudelissimus cumulasti carnifex temetipsum obruere valerem. Etsi pacem nostram diuturni, ac penè interminabilis pertasos Martis à nobis jam tandem miseriarum cumulis fessis, avidè, infinitisqve Deo pacificatori suspensis votorum tabellis amplexam rauco tuo Mavortio qve cornu inturbare hitaris, univerticos qve in nos ex imis superisqve concitare moliaris turbines. Etsi inquam par pari rependerem, pro bra probris, sannos sannis, contumelias more vestro contumelias retaliare non deesset nobis; Scito tamen (etsi vestri contentionum sint amantissimi) nos, Dei qve Ecclesiam talem consuetudinem non habere. At vide audacissime pugil, tantillo in giganteo enate tempore, qui unico impetu universum veritatis coelum subruere conaris, jam Pelion Ossae, jam Pindum Parnasso, & si Superis placet, ipsum moliris superponere olympum ut regnatorem Jovem è sexto laboris deturbes caelo, quo ipse met tetricus, plumbeus qve oeci planeta, septimo tuo aeterna

terna qveas, celebrare Saturnalia caelo. Vide inquam, quam late nostra terrorem circumtulit per castra? quantum tuos fulmineos sanè nostra expaverit Academia ictus; ut nisi me casus, barbarorum hominum ingratiæ, nulla merces condigna laboribus immensis in agresti Hunnorum regione reddita, pericula Turcarum male vicinorum, fraudes, ac immanes Loiolitarum insidiæ in unicum hocce caput intentæ, deniqve blanditiæ vaferrimæ, promissa gemmeorum montium, desperata qve vitæ inter laqueos adversariorum conservatio, durissima qve proinde necessitas, nisi me huc attulissent, gloriari verecundior cogereris tui refutatore vel infimæ sortis circumforaneo Scholastico. At amabò Dulichi prodi mecum in aciem; Primo quidem in pilo universum majestatis objectu terrere conaris Israellem. Tu quidem tuis filis prodis armamentis; nos tamen in nomine Domini exercituū, cujus verbū manet in aeternum te adversum properamus. Redi paulisper Dulichi, te contestor tuæ intra abdita conscientiae, temetipsum te adversum testem appello. Testare (sic te ament Superi) quoties unquam Lutheranum quemquam, districto in papatum telo spontaneum ad armis ipsos infestandos cecinisse classicum? Quem Evangelicorum pacis optima conculcatis commodis infernalis illius Mavortis concupisse fumum nobis proferes? O boni superi, illi perduelliones tibi sunt Dulichi, qui Romani Imperii facta testata ardentissimè vellent esse universa. Illi flagriones regnorum, qui audito tantum vestrae etiam Religionis hominum statu contra Crucis Christi hostes feliciori, ex intimis latantur visceribus? Illinè pro Turcæ faces Christianitatis; qui dies noctesqve, singulas computant horas, ut tandem constituta novellis legendis veniat dies; quo vel ab Ibero vestro Mauros, vel à Polono Cosacos, Tartarosqve, vel à Littavo Moschos, vel à Venetis Turcas, victos, fugatos, triumphatos ingenti suo audiant cum tripudio? Nosne injurii in sacratissimum Romani Imperii fastigium Dulichi? Proh superi, proh Auguste! proh Ferdinande! Nosne tibi raptum Garamantibus, Indisqve, Turcis Persisqve avemus concessisse sceptrum? qui singula in momenta (ringere Dulichi, nisi fatearis verum) nostras caelo tendimus palmas, ut supremus rerum arbiter tandem placatus, pacem postliminio, faustitatem, salutem tibi, tuæqve

35. |
36. |
37. |
38. |
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.

tuæque Sacratissimæ reddat familiæ Augustissimæ Ferdinande. Nosne susque deque involvere universa, antiquumque in chaos relegare conamur, res Chisticolarum? qui tot propitio, justæque causæ vindice Deo, potiti bello Germanico victorius, tot ditati trophæis, mediis triumphorum nostrorum in urbibus, vestra Religionis homines, vestros sacrificulos, vestros Monachones, & quod caput est, ipsos etiam communes pacis osores Esavitas, (quos more vestro bonis spoliare, cruciatibus atrocissimis admove, vita denique exuere potes fueramus) rebus suis, sacris suis, delubris suis, pace gaudere sivismus, reliquimus, concessimus. Testis tibi luculenta esto magna Glogonia; ingerimus tibi Olomutium, oculos suos fodiat Praga, verberet truculentam tuam mentem Moravia. Quid Silesiam Sæviamque, quid Franconiam, Vestphaliamque? quid denique ipsam memorem Austriam, Bavariamque? Etsi enim victor gladius more suo in noxios, innoxiosque, æquæ vestra, nostraque latè debacchatus sit in bona: nullum tamen Christianis facescivit Religionis negotium. Jam te Dulichi quæso patieris (quæ tua modestia) patieris inquam te à nobis coronari Romanorum Regem; jam te in quampiam fines Christianitatis regunda, sive quæ Gallus, sive quæ Sarmata, seu quæ Panno incolunt, evocavi in curam. quos Dulichi mucrones? quos ò Calper acinaces? quæ tremenda Jesuiviticis ex incudibus educes tela, ad undis, ignique, devovendos Lutheranos? Si Lojolarum jam pulle Dulichi Torstenonis felicitate Vitebergam, Banipri dexteritate Noribergam, Vrangeli industria Lipsiam, Vinnariensis magno spiritu Argentinam, cæterasque Evangelicorum caperes urbes? O quam magnam ociofis Monachorum ventribus dares scribendi ansam, ubi illæ Albingenses, illæ Parisinæ, illæ Tholosanæ, illæ illæ crudelissimæ Ibericæ redissent laniena? Quot pastorum millia, totis implicares? quot Professorum myriadas è crucis cathedra tuæ savitiei per oratores collocares? quot Laicorum chyliadas incendio, matronas probris, stupris Virgines, infantes allisionibus nefandissime carnifex tuus illis cum suffiatoribus devoveres Esavitis? ubi nunc retū essetis Lipsienses? Ubi Dresdenses? ubi augustissimæ domus Saxonica? facer vel solæ cogitatione ab hac tristissima, plenaque lacu avocet horror mentem meditatione. Sed Romanum cul-

men

men sacratissimum; sed Dynastas, Principesque orbis Christiani, adorati contumeliis incessim, AntiChristi? Artes tuas pone Versipellis; technas tuas sine Dulichi; non nos, at tuum hæcce feriunt caput sacerrimum argumenta. Necdum anni spatio Babilonera tuam lustrasti Dulichi, & jam Beli tui Caldaicum perdidicisti idioma? Gloriosus olim Medorum in aula coruscabat Daniel, suisque imperabat ferè imperantibus; cum livor peregrinum indignatus sibi præferri hominem, Babilonios acerrimo civitæstro Proceres. Dic ò Rex, inquam, ne quisquam quempiam præter te Deorum tanto oret tempore, ni fecerit ultrices Chaldaeorum experiatur flammæ. O versuta fraus, ò dolose livor, ò versipellis invidentia! ò egregios majestatis regiar, tuique similes zelatores Babilonios? qui per Regis Darii latera, feritis virum desideriorum? Qui dignitatis Medicæ obtentu insidias struitis innoxio? Qui denique per contemptorum prætentam injuriam Sceptorum virgas innocenti præparatis? Sacratissima Christiani orbis Sceptra, an non debito veneremur honore, testantur nostratum scripta sanè luculenta, quis majestatem Imperii Principumque diademata eousque extulimus, ut non dorso ipsorum (more vobis usitato, ò modestissimi crucifixi assectæ) equitemus; at scabello pedum; nimium sanè (ut ingenuè fateamur) quam opus erat nos abjecerimus, humilesque nos papiliones tantæ majestatis percussi incendiis, aulas ipsorum augustissimas, nostris veriti alis, quantum in nobis est, fugitemus; vobis interim stellionibus omnes regiarum angulos vestris obsidentibus telis, ut vanitatis, pompæque saturemini muscis. At quæ hæc ò Dulichi rotis digna regalium diadematum conculcatio, si Reges Principesque gravissimis sæpè præpediti curis vobisque argutissimis hinc & inde obstrepentibus Sophistis, si aures Regias veritati forsitan litare quandoque percupidas inconditis interim oppleatis susurris; Divinoque penitiori nulli mortalium aliàs debito destituti spiritu, si infami huic AntiChristi vestri monstro sceptra sua inclinare, à nobis vices eorum deplorantibus proclamentur. At benè est, beatè est ipsi jam usque adeò Principes, ipsissimi que Augusti, Dynasta que vestri Deo jam tandem duce patreas sibi pro tritico Romæ à vobis ministrari agnoscant. Testor te

qm

B

Ferdi-

35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.

Ferdinade primæ Augustissimæ. Testor vos, ô Europæ Heroes; cæ-
lestor te ô alma mater mea Parisina Sorbona. te in mei patrocini-
um voco Serenissima Venetorum Respublica; prodi Italia, fare
Gallia, testare Polonia; profiteri Iberia; an nunc tantum queat
vobis illudere vaticanum nume, quantum olim ante ortum Lutheri,
orbem ceu pilam Iulit ille Quirinalis Deus? Qui si infami Anti-
Christi audit percelli celestinate, Paulum Tharsensem, non nos
Lutheranos ad Capitolinas trahat rationes. Qui si homo peccati,
filius audire cogitur perditionis, non Lutherum, at Gamalielis
rotis implicet discipulum. Qui si bestia, si Draconis beneficia
indiget excomis; exulem Pathmensem, Apocalipticum Ange-
lum primum denique ac novissimum, ambulans in medio ac-
cuset candelaborum. Spatium mihi Auditores, campus mihi la-
tissimus aperitur dicendi, si universa Dulichi nostri refutare lucu-
lenter vellem argumenta, dicere volebam argumenta. At Path-
mos incommoda, insulares angustia, exilii arumna, Neronianum
vetant edictum. Crambe bis nedum decies cocta mors est. In gra-
tiam redeamus nobiscum Dulichi, paucis te expediam, nec Ro-
mam cogitantem remorabor in Teutonia. Unde cepisti ô bone
tua argumenta, inde pete solutionem. Non usque adeo te in cau-
lem mutatum esse adhuc reor, quamvis toties crambem ructes.
evolve nostratum inconcussa sanè è verboque Dei oppido quam
nervose, quam copiose hanc in materiam scripta argumenta. At
quò te agitatum spiritu, ô Dulichi, malus in obliquum sensum e-
git genius? ut veritate Evangelicâ à teneris imbibita annis, tantoque
temporis pure prædicata moverere facili ambitionis Veiove Am-
bitionis nè dicam an zeli (ut te ipso gloriosè sanè, utinam verè
fateris) percussus spiritu nostris vale dicas castris? Zelum malè fe-
riatis pervaseris sanè Jesuivitis; nobis pervaseres, si mulier far-
mosa supernè solum viderere. At cum atrum desinas in piscè, quis
te salutis tuæ zelo, non curiositatis vertigine? religionis amo-
re, non novitatis pruritu, veritatis intuitu, non egestatis, pauper-
tatisque; Lutherana declinandæ desiderio, castris adversariis nomen
dedisse unquam autumabit? Hos meos conatus, quis ad Episco-
pum Suidnicensem nolui te ignorare humiliter rogare, ut patro-

no tuo consilio propositum meum (si placuerit) promovere, &
fortui jam in ortu gratis obstetricari non graveris; mihi occasio-
nem quo citius huic falsitati (en admirandam, novamque Gram-
maticam; Juvenes aures Dulichio arrigite) me expediam, poten-
ti tuâ promotione apud Magnatem quempiam intercessione ex
paterno favore commonstrare digneris, & sub finem. Sin autem
conatus hos meos minus comprobaveris Thethis has literas habe-
at, vel si mavis Vulcanus, aut Veneris maritus. En Auditores, hu-
jus prolixioris meæ patientissimi auscultatores orationis; en præ-
ter stylicum atrociam, tum in conditum quodpiam chaos, quæ in
præsentiarum interclusus tempore tacitus prætereo. En inquam
novi nostri è Saulo Pauli, divina planè in tam augusta conversio-
nis, & ad Deum (ut ipse) reversionis materia, contio. En Thethi-
dis, Vulcanique spurcissimæque; Veneris in tam Apostolica causa,
à Divino hocce Ecclesiaste facta mentio! Zelo ageris Dulichi ter-
ræ tuæ salutis? cur tam trepidus in favorem magnatum intendis!
errori nuncium remittere cupis? cur de promotione initio con-
versionis tam sollicitus es! blasphemâ, Apostaticam, Satanicam,
ex inferis (uti loqueris) egressam detestaris Lutherana sectam!
Qui si salutis tuæ hic vertitur cardo, si ore confessio sit ad salutem,
nisi Episcopo conatus tuos placeat, nisi te mox promovere in vo-
tis habeat; cur inquam literas tuas, confessionem tuam, veterisque
erroris abjurationem Thethis habeat, non pulpitura? Vulcanus
exurat; non orbis legat? Veneris maritus ad siculam allidat in eu-
dem; non Quirinalis ad Hadrianas suspendat moles Deus? Sicci-
nè nisi promoveri queas, salvari nolis? Siccinè nisi nos quoque du-
dum ortu non ignobiles, re non inopulentos, conditione non us-
que adeo poenitendos, Doctoratus Theologici in Parisina, Licen-
tiatura utriusque Iris in Romana dignatos, et (ut ingenuè confite-
mur) immeritò, infulis: Ecclesiasticis ordinibus apud adversarios
admotos, functione Professores, æstimatione aliquos trienni à
conculcato errore in Pannonia Gymnasia nobilissimi moderato-
res, montium aureorum promissis (si Lojolitarum svasu ad vomitum
redire voluissimus) sollicitatos, persequutionibus atrocissi-
mis Religionis intuitu conflictatos, exules, extorres, egenos: sic-

35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.

sinē inquam Dulichi nos quoque hocce literarum in emporiis
venientes, nisi alma universitas mox in publicis collocarit cathe-
dris, nisi urbs hæc inelyta obvis susceperit ulnis, nisi Septemvir
Serenissimus luculentis obruerit stipendiis, veritati Evangelicæ
remittentes nuncium, papatusq; iterato relegendos vestigia quic-
quid scripsimus, quicquid egimus, alta Thetyos undis, furentis
Vulcani Cyclopicis, Veneris mariti (ut te novo uti liceat Quinti-
liano) cōmittemus æthnis? Averruncet hancce à nobis supremus
Jehova mentem. Sub capite spinoso dedecet membrum esse deli-
catum. Si supremo illi Regum Regi nostri causa eousq; ingentem
placuit sustinere egestatem, ut cum volatilia nidos, vulpes habe-
rent foveas, ipse tamen non haberet, ubi Seraphinis adorandum
reclinaret caput. Vos ô mundi hujus immundi pigerimiq; catel-
li, qui divitiarum vestrarum incubantes sarmentis, animosorum,
magnaq; aurorum leonum incessitis cachinnis, imbellibusq; la-
tratus egestatem: Vos, inquam, domestici bubones, angulares
larvæ, erroris vesperiliones, fuci qve ignavissimi, trabe non tra-
bæ, tortura non purpura, loris non thoris, lignis non signis, fo-
co non loco, non pabulo at patibulo dignissimi, qui drepituros
pigrities inflati ventres, egregii scilicet virtute, quia grandes mole,
grandes autoritate, quia grandes officio, summi dignitate, quia
tumidi ventre, thure Sabæo cilicibusq; suffumigandi nimbis,
quia canis tantum in canes quoq; saniorum judicio cadentibus
obstiti: vos inquam versate vestros calices, pingves siccate pateras,
multiplices computate cistas, hujus vitæ caduca frumini volu-
pta, nullum luxus vester prætereat camporum, ego autem in Do-
mino gaudebo, & exultabo in Deo JESU meo. Beatum populum
dicant, cui Alexandri potentia, Octaviani felicitas, opes Cræsi,
Absalonis decor, Samsonis robur, Tulliana deniq; adsit eloquen-
tia; beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

Te igitur (cum te jam quoque nostra lacesiverit oratio) te
supreme Jehova, qui pulchrum pulcherrimus ipse mundum men-
te gerens stabilisq; manens, das cuncta moveri, te qui intermi-
nabili antiquior æternitate ante sæcula, ab omnivetro annorum
chao

chao, interminabilis tuæ lucis radios in primigenium, tibiq; coæ-
ternum retorsisti obicem, validaqve tui splendoris è verbo reper-
cussione coæternum lumini de lumine produxisti ardorem: Te
qui primigenio effloris tui incendio jam antè in verbo ex omni-
potentiæ tuæ lyto efformatum excoxisti mundum; te, qui antè
sæcula hocce universum, hancce creaturarū molem, hancce con-
ditorum vastitatem, unico verbi tui nutu ex interminabili eduxi-
sti chao, ab ultimoq; protrusum nihilo in hancce quam miramur
impulisti entitatem: Te qui in immensum à se ipsis distantia ubiq;
præfens, nullibi à te ipso distans potens moderaris. Te, qui sempit-
ernam tuam quasi dedignatus uritatem, solitudinemq; infinitam
duorum tibi homouision vastissima sæculorum abyssu utcunq; so-
latus coæternitate, in hancce creaturarum, in hancce universi
congeriem summi boni instar diffudisti, atq; impartibilis licet in
immensam dispertisti multitudinem. Te cujus centrum ubiq; cir-
cumferentia nullibi, Te qui extra anni, extra solis habitator vias
tribus hujus universi appendisti pilam digitis, ut sapientiæ antè
luciferum ex te genitæ ludentiq; thronum tuum ante velut pater
filio preparares crepandum; Te cujus omnipotentia oceano cre-
aturæ omnes, velut antelucani situla immerguntur roris, à te
vigorem, à te maiorem, à te fluxum refluxumq; repetentes, te in-
quam ô Rex Regum æternæ supplex adoro, ut mihi Divinæ tuæ lu-
cis jam antè triennium fortunatè compoti, eam mentem, cum
animum, eum ardorem impertiri digneris, quò nominis tui glori-
am ubiq; prædicare, verbi tui efficaciam apostaticas argutias retun-
dere, Ecclesiæq; tuæ Sacrosanctæ aptū cum Tharsensi Paulo orga-
non effici valeam.

Eam verò Serenissimo nostro Electogi mentem, illum hu-
jus universitatis Proceribus cunctorū fons bonorum Deus infun-
de Spiritum, ut veritatis orthodoxæ intuitu extorres, Christi causa
egentes, paterno, fraternoq; valeant ad adversariorum justos a-
liās obstruendos cavillos prosequi affectu. Ut hoc pacto de virtu-
te in virtutem progressi Deum Deorum in Sion videre

hospitium valeamus. Dixi.

B 3

Mox

35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
xx

MOx exite, mei, volo, de Babylone superba
In vos ne dire plaga perennis agat.
Hanc, CURTI, vocem missam divinitus, ibit
Inficias nemo, Cor tetigisse tuum,
Ut subito egrediens felicibus impiger ausis
Vibrares contra spicula papicolam.
Ex animo laetor, Tibi grator, cumqve subinde
Pluribus egressum mente manuqve precor.

*Amoris causa Per Reverendi & Clariss. Dn. Doctoris Curtii
egressum ita persequabatur Lipsie
Johan-Benedict Carpzov, SS. Th. D.*

Lapsa velut preceps in vallibus obruit urbes
Spharula, quae crevit mobilitate, nivis:
Augmina non unus sic lapsu temporis error,
Dogmata quo verbi contaminata, tulis.
Horruit hinc densa Ecclesia pressa tenebris,
Cesserit ut multis in via ad astra via.
Errores cernens hos excrevisse Papales
CURTIUS, è tenebris exeruisse caput
Nisitur, & luci reddi, qua limpida fundit
In nostris radios cœtibus aurifluos.
Accessum ex ima cordis gratamur abisso
Ep: antes fixum hac in statione gradum.
Salvisco videat fulgescere lumine lumen,
Et tandem aternâ luce fruatur, Amen.

ὁ δὲ ψυχὴς apprecabatur
Hieronymus Kromayer, SS. Th. D.
& ejusdem Prof. P. Extraord.

Alexan-

a & w
Alexander-Carolus Curtius, Theologiae Doctor,
ut & Juris Licentiatus.

ἀναγ.
Evigilas? Tua Lux à DEO oritur & collucet,
ut in eâ cor ardens sit CHRISTO.

*✱ * * ✱*
EVigilasné DEI ductû, praeclare Virorum,
CURTI, Theologiae Panosophiaq, decus?

Evigilas somnû, qui mentis tetra venena
Continet? ô bene! nunc evigilasse jurat.
En! Tua Lux oritur summo à Dominoq, Deoq,
Et collucet eò splendidiore modò;
Ut sit CHRISTO in eâ cor ardens semper Iesuv.
Ardens cor CURTI sit maneatq, DEO!

precatur

M. Johann Frenkel,

F I N I S.

1655

2.

Θ. Β. Γ. Λ.
Λ Ο Γ Ο Σ

πρὸς μεγαλοψυχίας,
Sive

ORATIO

de

MAGNANIMITATE,

quam

permisfu Superiorum

&

coram confesfu eorundem publico

LIPSIÆ

In Aroaterio Collegii Principum Majoris Infimo
habebat

Thomas Bardisch, Gor. LVfat.

XI. Calend. Decembr.

H. C. M.

Literis Witegavianis,

444077

2
2
3
3
4
4
4
4
4

A. Grotius, Carolus Curtius, Theologus Doctor,
in & Juris Licentia.

Evangelii, THEOPH. DEO. inquit Resolucio.
in libro comment. in de CHRISTO.

F. V. Grotius, Carolus Curtius, Theologus Doctor,
in & Juris Licentia.

Evangelii, THEOPH. DEO. inquit Resolucio.
in libro comment. in de CHRISTO.

F. V. Grotius, Carolus Curtius, Theologus Doctor,
in & Juris Licentia.

M. Johann. Zenger